

ad utriusque vite felicitatem presentis videlicet et future in celestis regni perhenni beatitudine nobis credimus profuturum. Ea enim sola, que solius superne retribucionis intuitu in presenti vita gerimus, gaudia beatitudinis eterne nobis accommodare speramus. Quapropter notum esse volumus universis Christi et imperii nostri fidelibus tam futuris quam presentibus, quod Oda de Selow, mulier religiose conversacionis et fidelis testimonii, instinctu divine inspiracionis ammonita, contulit ecclesie Merseburgensi allodium suum Selowe villam videlicet cum universis appendiciis eius, a deo bonorum omnium retributore sperans peccatorum suorum indulgenciam obtinere. Quia vero et temporum decursu et rerum varietate antiquorum gesta piorum a posteritatis diluuntur memoria, petitione venerabilis predictae matrone perpetue possessionis honorem et universam utilitatem de Selowe cum omnibus pertinentiis eius ecclesie Merseburgensi auctoritate maiestatis nostre confirmavimus. Et ne tam rationabili ac legitime donacioni quisquam ausu temerario contraire presumat, presentem inde paginam pragmatica sanctione corroboratam apicibus dignitatis imperatorie et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Cristianus Moguntine¹ sedis archiepiscopus, Philippus Coloniensis archiepiscopus, Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus, marchio Albertus de Saxonia et filii eius, marchio Otto de Missina et fratres eius marchio Theodericus et comes Dedo, Burcardus burgravius Magdeburgensis et alii quam plures.

Signum domini Frederici Romanorum imperatoris invictissimi (M.).

Ego Heinricus cancellarius vice Cristiani Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi².

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MC LXVIII, indictione II, regnante domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni eius XVII, imperii vero XIII. Datum Walehusen kalendas februarii; feliciter amen.

Die vorstehenden vier Diplome sind dem im Anfang des 15. Jahrhunderts geschriebenen grossen Copialbuch des Merseburger Bisthums (B) entnommen, welches im Katalog der Merseburger Capitelsbibliothek mit n. 118 bezeichnet, bisher, obwohl gelegentlich in der Literatur darauf hingewiesen wurde, von der Forschung keineswegs seinem Werth entsprechend ausgebeutet worden ist, so dass es z. B. auch für den Codex diplomaticus Saxoniae regiae nicht benutzt wurde.

Die Hs. enthält ausser den oben edierten vier bisher unbekannten Diplomen noch zwei andere inedita des 10. und 11.

1) 'Moguncie' B.; verbessert nach St. 4100. 4101.

2) 'recognovi' B.